



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

IV. Der römische König Albert bestätigt das zwischen dem Bischofe von Brandenburg und dem Markgrafen Hermann getroffene Abkommen wegen der Stadt Teltow, am 11. August 1299.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

rede discedere contigerit, ad dictam ecclesiam Brandenburgensem libere reuertentur impedimento quolibet relegato. Si vero gracia diuina disponente filium habuerimus et heredem, dictas Trecentas marcas prefato domino Episcopo et Capitulo Brandenburg. infra tres annos sine dubio et atque omni obstaculo refundemus, jta quod primo anno Centum, secundo Centum, tertio anno centum marcas integraliter perfoluemus, vel pro singulis Centum marcis decem frusta duri frumenti uel Decem talentorum redditus assignabimus eidem cum omni jure et proprietate in loco oportuno, vbi visum fuerit eidem convenire, liberaliter et solute. In cuius Rei euidentis testimonium presentem litteram de dicta nostra sciencia conscriptam iussimus communiri. Testes hujus sunt: Dominus Johannes prepositus et Johannes cellerarius Ecclesie Brandenburgensis, Hinricus de Aluensleue, Bernardus de Plozk, Johannes de Gatersleue, Stormerus pincerna et alii nostri milites fide digni. Actum et datum Zpandow, Anno domini Milefimo Ducentesimo nonagesimo nono, III<sup>o</sup>. Idus Aprillis, jn vigilia palmarum.

*Sibicin's Beitr. IV, 4. — Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.*

IV. Der Römische König Albert bestätigt das zwischen dem Bischofe von Brandenburg und dem Markgrafen Hermann getroffene Abkommen wegen der Stadt Teltow, am 11. August 1299.

Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis Sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Serenitatem decet Regiam principum suorum vota sereno vultu respicere ac ipsorum piis petitionibus tam benignum prebere consensum, quod eorum sincera fidelitas seu fidelis sinceritas prompiori studio ad cuncta, que honoris sunt Imperii, seruencioribus animis se disponant. Hinc est, quod nosse volumus vniuersos, tam presentis etatis quam future, quod nos sinceri fauoris beniuolencia volentes venerabilis Volradi, Brandenburgensis Episcopi, principis nostri dilecti, in hiis que ipse et Ecclesie sue commoditatis augmentum respiciunt et honoris, beneplacitis placidius complacere, collacioni seu donacioni facte eidem sueque Ecclesie de opido Teltowe cum Septem villis eidem coadiunctis seu adiacentibus per Illustrem Hermannum marchionem de Brandenburg, principem et filium nostrum karissimum, jta si ipsum sine heredibus legitimis contingat discedere ab hac vita, si vero heredes habuerit, jdem opidum et villas dictus Marchio pro trecentis Marcis Brandenburgensis argenti redimet ab Ecclesia memorata, prout in ipsius litteris super hoc traditis expressius est expressum, Consensum nostrum et assensum beniuolum liberaliter impertimur, ipsam collacionem et proprietatis donacionem in omnibus et singulis suis articulis approbantes et de plenitudine Maiestatis Regie confirmantes. In cuius approbacionis et confirmacionis nostre euidentis testimonium et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostro Sigillo iussimus communiri. Datum in Ezzeligen III<sup>o</sup>. Idus Augusti, Anno domini M<sup>o</sup>.CC. nonagesimo nono, Indictione XII<sup>mo</sup>. Regni nostri anno primo.

*Sibicin's Beitr. IV, 7. Das Original befindet sich im Staats-Archiv.*